

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis, Georgius Radovius, Iuris
Doctor & Profess. Publ. Ad Exequias, quas Matronae Honoratissimae Christinae
Carmonis, Viri ... Johannis Buecken/ per annos sic satis multos Vidiae, Liberi,
nepotesque moestissimi Hodie paratas cupiunt, Omnes omnium ordinum Cives
Academicos officiose & peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, [1674]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn747423555>

Druck Freier  Zugang



Radovius, G.,
in C. Carmon,
uxor. Joh. Buecken,
R. 1674.

45



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747423555/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747423555/phys_0002)

DFG





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747423555/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747423555/phys_0004)

DFG

75

181.

PROGRAMMA, RECTOR ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS, GEORGIUS RÀ- DOVIUS,



Doctor & Profess. Publ.

Ad Exequias,

Matrona ^{que} Honoratisima

CHRISTINÆ CARMONS,

Viri & Mercatoris hujus Civitatis olim primarii

JOHANNIS Bueckel/

per annos sic satis multos Viduæ,

Liberi, nepotesque mœstissimi

Hodiè paratas cupiunt,

Omnes omnium ordinum Cives Aca-
demicos officiose & peramanter invitat.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Universit. Typogr.

45



On minus vera, quam misero-
rum auribus grata vox est: *Mors omnia
solvit.* Quicquid in hac mortalitate
hominibus accidere solet, sive felici-
tatis speciem habeat, sive calamita-
tum nomine veniat, id omne, si non
citius, morte tamen finitur; quamvis
curatius humanam rem contem-
planti, major miserorum quam for-
tunatorum occurret numerus. Ali-
um namque dura egestatis necessitas ad ultima compulit, ad-
eò ut ipsi non supersit, nisi solum mortis auxilium; Alium,
sorte suâ alias contentum, tentationes, odia & persecutio-
nes inimicorum in numerum abjectissimorum detrudunt. Alios
longinqua & molesta vis morbi corripit, qui simul cum cor-
pore adeò frangit feroce spiritus, ut majus mortis, quam sa-
nitatis desiderium faciat; Ut taceam famem, sitim, frigus,
fastidia, aliaque malorum genera, quæ miseris omnino red-
dunt homines & vitam acerbam. His igitur non dubito opta-
tam venire mortem, quin potius illam exosculentur ceula-
borum finem ac miseriarum clausulam. Bona enim mors est
homini, quæ vitæ extinguat mala; & humanam vitam quidam
hac in re felicem prædicat, quod à Deo fatali corporum inte-
ritu multata sit. Nisi in sacris legerem, Deum longævam
vitam in præmium proposuisse, non me pœniteret illius Plini;
sententia

Sententiæ, naturam nihil hominibus, brevitatem vitæ, præstissime
melius. Quid enim est diu vivere, verba sunt Augustini, nisi
diu torqueri & malos dies malis diebus addere? Hinc mors pio-
rum lucrum dicitur Philip. i. vers. 21. Illud certum est, quod
quanto longius spatium in hoc mundi theatro conficimus, tan-
to plura mala videmus, tanto plura mala facimus, tanto plu-
ra mala patimur. Quid enim vita, nisi confusionis vallis, car-
cer afflictionis, perpetua & ab exilio parum distans peregrina-
tio, periculosa navigatio, mala denique mansio? Unde mor-
tem miseri intuentur, ut accelerationem glorificationis, finem
carceris, ac peregrinationis, portum navigationis, felicitatis
portam, & vitæ æternæ januam. E contrario reperias aliquos,
quorum auribus ingrata prorsus ac terribilis illa vox accidit:
Mors omnia solvit. Nimirum sunt, quibus quædam felicita-
tis species dulcedinem vitæ inspiravit, divitarum affluentia,
honorum fastigium, voluptatum illecebrae, quibus capti ali-
ud non agnoscunt bonum. Omnes hi æternam sibi vitam in
hac terra optant, nihilque magis metuunt, quam ne mors ni-
mis matura eos de possessione tam desideratarum rerum dejis-
ciat. Attamen & his parendum est necessitati, quamvis ægre
sequantur trahentia fata. Scitissimè dixit quidam, contrà cæ-
tera omnia tutum aliquid inveniri posse, contrà mortem o-
mnes nos habitare civitatem non cinctam muris. Qui, si ad
animum admitterent hujus terræ inconstantiam, & quod in
illâ nulla jucunditas sine moerore, nulla savitas sine dolore
sit, quod omne dulce amarum, omne decorum foedum, omne
denique quicquid delectare potest, molestum sit, non ita-
puto, mundanis hisce, ac temporariis bonis delectarentur, ut
coelestia & æterna illis non præferant. Adeat saltim, quisquis
dictis fidem denegat, sepulchra & urnas divitum, potentio-
rum ac in dignitate positorum Virorum, non inveniet purpu-
ram, divitias, potentiam, sed eorum loco putrida ossa, vermes

Io[...]

& pulve-

& pulverem. Sic mors omnia solvit. Est tamen aliquid, in
quod illâ sibi non arrogat potestatem, & quod post hanc vitam
vivere non definit, fama scilicet & benè actæ vitæ gloria, nec
enim videtur mori, cuius fama vivit. Mors hominis, inquit
Cicero, terribilis est iis, quorum cum vitâ omnia extingui-
tur, non iis, quorum laus emori non potest. Justa hodiè per-
solvimus, Cives optumi, Matronæ Clarissimæ, quæ vitam ita
transegit, ut mortem nontimuerit, cuius corpus, non famam,
terra hodiè obruet. Egregiam ejus animi pietatem, vitæ in-
nocentiam, morum probitatem historia vitæ ejus testabitur,
quam, prout communicata nobis est, hic attexere non erit non
operæ pretium. Nata igitur est pië defuncta **CHRISTINA**
CARMONIA anno 1617. die 8. Septembr. patre **JACO-**
BUS CARMON, Cive & Mercatore hujus urbis primario
florentissimoque; Matre vero **MARGARETHA Siebethen/**
eximio sexus sui ornamento. Avus paternus ejus fuit Exi-
mius atque Honoratissimus **WOLTER CARMON**, ex No-
bilissimâ in Britannia familiâ ortus, sed ex more illius Regnî
à primogenito bonis ac possessionibus à Patre relictis, exclu-
sus animum mercaturæ appulit, Negotiatoremque, dum
vixit, egit industrium. Avia paterna Nobilissima **ISABELLA**
Nambßen / Practici cuiusdam celeberrimi filia. Avum ma-
ternum laudat **HENRICUM Siebeth** / Nobilem Livo-
num, & Potentissimo Poloniæ Regi è servitiis. Aviam ma-
ternam **CATHARINAM Frösters**. Hoc sanguine Clarissi-
morum creta Maiorum pientissima b. m. Matrona, postquam
per sacrum baptismatis fontem renata Christianæ pariter ac
Christinae nomen assumpsisset, laudabilem egit infantiam, cre-
scientibusque annis omnes, sexum suū, decentes virtutes, pro-
bitas atque pietas, in eâ creverunt effulseruntque. Nec mo-
ra, cum insuper humilitatis ac frugalitatis in re domestica
gloriam captaret, facile sibi conciliavit amorem Viri Eximii
atque

atq; Integerrimi JOHANNIS BUKII, Civis ac Aro-
matarii apud nos industrii, atque Templi Jacobæi Prä-
fecti fidelissimi. Hunc igitur sibi elegit unicum vitæ
socium anno 1636. 25. Septembr. Conjugium fuit amabi-
le, mirificè concors, ac discordiarum expers, sed & mul-
ta satis prole fœcundum. Ex marito quippe genuit se-
ptem omnino liberos, duos sc. filios, JOHANNEM &
JACOBUM, quinque verò filias, nomine MARGARE-
THAM, ANNAM MARIAM, ANNAM SOPHIAM,
CHRISTINAM, & ANGELAM ELISABETHAM,
quorum è filiis maximus natu, & è filiabus CHRISTI-
N A in ipso ætatis flore vitam cum morte commuta-
runt: reliquis per Dei gratiam superstitibus, ac tristia di-
lectæ matris funera acerbo luctu prosequentibus solati-
um ac lætam rerum vicissitudinem ex animo precamur.
Nec hic prætereundum, Defunctam nostram ex MAR-
GARETHA unum vidisse nepotem JACOBUM, unam
que neptem CHRISTINAM, quos genuit ex VIRO
Amplissimo & Prudentissimo D N. HENRICO RIDE-
MANNO, Senatore Rostochiensi dexterimo, quem
maritum fatorum benignitas ipsi anno 1662. dederat.
Ceterum & ipsa in sequenti anno 1663, cum summo mœ-
rore experta est, quām felicitas mortalium infirmo ster-
talo, & quām sit omnium rerum vicissitudo. Dum
enim in medio felicitatis cursu esse videbatur, ipsi morte
eripitur dulcissimus Conjunctus, ipsaque relinquitur tri-
stissima Vidua, ac quatuor impuberum liberorum infe-
licior curatrix. Non tamen plane abjecit animum sed
contra adversitates, quæ talem vitæ statum non nun-
quam concomitantur, ex verbo Dei se munivit, dulcissi-
maque æternæ vitæ spe, temporariae hujus ærumnas
egregiè superavit. De cetero magis notum est, quam-

Io[3

ut mul-


ut multis prædicetur, eam Christianam vitam, ac summa
pietatis studium sectatam esse, pretiosum verbi
divini thesaurum dilexisse, sacris concessionibus frequen-
ter intersuisse, & domi liberis vitae sanctitatem & inno-
centiam inculcasse. Erga egenos & miserabiles munifi-
cam se gessit, nec prætermisit occasionem illis pro viribus
benefaciendi. Cum proximo, quantum in se fuit, paca-
tè vixit, & si quando in similitudinem inciderit, placabilem
se monstravit, quin & non longe ante obitum omnibus
offensas suas remisit. Durante viduitatis tempore fre-
quentibus morbis conflictata est, adeò ut vix integræ sa-
nitatis dulcedinem gustaverit. Sed aggravante indies
malo, 8. Januarii anni præsentis correpta febri, accersi-
vit Virum Excellentissimum atq; Experientissimum DN.
JOHANNEM BACMEISTERUM, Med. D. ejusdemq;
pariter ac Superiorum Mathematum Professorem Ce-
leberrimum, Collegam, Amicum ac Compatrem no-
strum honoratissimum, cuius, de genere morbi, judici-
um hoc apponere lubet. Triennium ferè est, inquit,
ex quo jam pie functa Matrona honestissima, Vidua BUL-
KIANA, de tussi, defluxionibus catharrosis pulmones
irritantibus atq; lædentibus, difficiли respiratione, mem-
brorum lassitudine & coniuncta putrida hectica febri
conqueri cœpit. Vocatus in consilium, nihil eorum
intermissum quæ vel catharrum sistere, revellere, de-
rivare, concoquere, materiamque in pectore collectam
quovis modo ad expectorandum præparare ac vehe-
mentiorem tussim mitigare poterant; nec frustra prorsus,
cum subinde non levis convalescentia spes appar-
reret. Sed uti plerumque in talibus fieri solet, ex-
pugnari penitus malum, quod funestas in his radices
egerat, accedentibus præprimis curis & mœroribus, tum
humidum.

humidum radicale, tum calidum nativum sensim sensimque exhaudentibus, non potuit; tandemque in veram tabem, quæ lento gradu ad mortem deducere solet, degeneravit. Et quamvis per biennium ferè medicamentorum auxilio ægram sustentatam miseram trahere vitam passa sit, invalidit tamen tandem vis morbi & quidem ita, ut neque naturæ vires oneri huic sustinendo nedum vincendo pares essent, neque medicamentorum præstantia hostem ferocissimum ac validissimum posset debellare; atque sic placide in Domino obdorsavit. Hactenus Medicus. Antequam tamen animam redderet, de ejus curâ unicè sollicita 13. Februarii advocavit Admodum Reverendum & Excellentissimum D.N. ENOCHUM SVANTENIUM Theologiae D. & P.P. Ecclesiastem ad D. Jacobi fidelissimum, Collegam nostrum honoratissimum, eique cum summâ contritione & fide peccata sua confessa, absolutionem, ac deinde corpus ac sanguinem JESU CHRISTI, mellitissimum animæ epulum, impetravit. Illud singularis devotionis documentum sit, quod statim in hæc verba irruperit: *Heut ist diesem Hause Heyl wiederafahren.* *Gott sey' gelobet/ und gebenedeyt / daß Er mich selbstest hat gespeiset.* Sed & in tam piis cogitationibus continuavit ad extremum usque vitæ halitum, & cum verba deficerent, suspiriis ab imo pectore deductis desiderium mortis & æternæ vitæ testata est. Tandem exhalavit animam inter astantium amicorum & liberorum preces atque lachrymas, inter septimam & octavam vesperinam, ætatis anno 56, mense 6, septimana 2. & die 6. Hæc mors sicut toti Civitati certissimæ mortalitatis exemplum exhibit, ita liberis aliisq; sanguine junctis mœroris præbet materiam. Sed hi justum alias dolorem miti-

mitigabunt, si cogitent Domini hanc esse voluntatem, qui in regnum cœleste elevavit in his terris afflictam animam, & exturbis in quietem, ex misericordia vallis, in omnibus bonis perpetuò circumfluentem Paradisum, evexit. Quid, quæso, in mundo hoc tempore aliud est, quam intus pugna, foris omne genus calamitatis? Quis ignorat bella horrida, exilia, direptiones & exustiones urbium, tot hominum cædes? His malis jam obruitur mundus, quibus alii, proh dolor! penè immersi jacent, alii vicini, & nisi Deus clementer avertat, horridi martis rabiem sunt experti; ut raceamus avaritiam, impudicitiam, iram, ambitionem, aliasq; animi pestes, carnalia vitia & illecebras seculares, cum quibus nobis est assidua & molesta congressio atque luctatio. His aliiisque mille calamitatibus subductam esse Defunctam nostram, solatio esse poterit illis, qui familiari hocce funere tristantur. At nostrum quoque est Cives Academici, ut promptissimo affectu, alioque, quo possumus, modo, dolorem eorum leniamus. Fiet hoc ipsum, si hodierno die exequalia sacra frequentes peragamus, exuviasque honestissimæ Matronæ ad conditorum comitemur. Idque ut omnes, qui jurisdictionem nostram agnoscunt, facere non graventur, per amanter rogamus & hortamur.

*P.P. sub sigillo Rectoratus die XXVII. Februari.
ANNO M. DC. LXXIV.*

**Conventus fiet in Templo Jacobæo
circa horam Imam pomeridianam.**





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747423555/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747423555/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rostdok/ppn747423555/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn747423555/phys_0016)

DFG

humidum radicale, tum calidum nat
simque exhaerientibus, non potuit; ta
ram tabem, quæ lento gradu ad mort
let, degeneravit. Et quamvis per bien
camentorum auxilio ægram sustentat
here vitam passa sit, invaluit tamen tan
quidem ita, ut neque naturæ vires one
do nedum vincendo pares essent, neq
torum præstantia hostem ferocissimum
posset debellare; atque sic placidè in
mivit. Hactenus Medicus. Antequam
redderet, de ejus curâ unicè sollicita
vocavit Admodum Reverendum & Ex
D.N. ENOCHUM SVANTENIUM
& P.P. Ecclesiastem ad D. Jacobi fide
gam nostrum honoratissimum, eique o
tritione & fide peccata sua confessa, a
deinde corpus ac sanguinem JESU
tissimum animæ epulum, impetravit.
devotionis documentum sit, quod stat
irruperit: **H**eut ist diesem Hause He
Gott sey' gelobet / und gebenedeyt
selbstens hat gespeiset. Sed & in tam pi
continuavit ad extremum usque vitæ I
verba deficerent, suspiriis ab imo pe
siderium mortis & æternæ vitæ testata e
halavit animam inter astantium amicor
preces atque lachrymas, inter septima
spertinam, ætatis anno 56, mense 6, sep
Hæc mors sicut toti Civitati certissima
emplum exhibit, ita liberis aliisq; sang
roris præbet materiam. Sed hi justur



Serial No.

Patch Reference Chart TEC3

Image Engineering Scan Reference Chart TEC3

sen
n ve
e so
nedio
tra
rbi &
inen
men
num
odors
mam
ii ad
num
æ D.
olle
con
n, ac
nelli
alaris
verba
hren.
mich
aibus
cum
s des
m ex
orum
n ve
die 6.
is ex
mœ
rem
miti